



A 2019/2020. tanévi
Országos Középiskolai Tanulmányi Verseny
második forduló

LATIN NYELV

Javítási-értékelési útmutató

Fordítási feladat

A legjobb foglalkozás

Egy ókori értékelést olvashatunk a szakmákról és foglalkozásokról. A végén pedig kiderül, hogy melyiket tartja a szerző a legjobbnak.

De artificii et quaestibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, haec fere accepimus. Primum improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. Illiberales autem et sordidi quaestus mercennariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur; est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis.

Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur; nec vero est quicquam turpius vanitate. Opificesque omnes in sordida arte versantur; nec enim quicquam ingenuum habere potest officina. Minimeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum: „Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores”, ut ait Terentius. Adde huc, si placet, unguentarios¹, saltatores totumque ludum talarium².

Quibus autem artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, eae sunt iis, quorum ordini³ conveniunt, honestae.

Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agri cultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

1 illatszerárus

2 szerencsejáték

3 azaz a plebeiusok vagy a lovagrend tagjai

Tájékoztató fordítás

A mesterségekből és a foglalkozásokból, hogy melyeket tarthatunk szabad emberhez méltónak és melyeket alantasnak, többnyire a következőket fogadjuk el. Először is nem tartjuk jónak azokat a foglalkozásokat, amelyek az emberek szemében gyűlöletet váltanak ki, mint például a vámosoké, vagy az uzsorásoké.

Szabad emberhez méltatlannak és alantasnak kell tartanunk minden olyan bér munkásnak a foglalkozását, akinek a fáradozását és nem a mesterségbeli tudását fizetik/vásárolják meg. Ezeknél ugyanis a díj valójában a szolgátság bére.

Azokat is gyalázatosnak tartjuk, akik azért vásárolnak a kereskedőktől, hogy aztán rögtön tovább is adják: hiszen semmi nyereségük nem lenne, ha nagyot nem hazudnának - bizony nincs csúfabb dolog a hazugságnál.

A kézművesek is egytől-egyig piszkos/nemtelen mesterséggel foglalatostkodnak: hiszen semmiféle nemes dolog nem lehet egy műhelyben. De legkevésbé azokat a mesterségeket tarthatjuk helyesnek, amelyek az élvezetek szolgái: „Tengeri finomságokkal kereskedők, hentesek, szakácsok, baromfi-hizlálók, halászok” - ahogy Terentius mondja. Vedd hozzájuk, ha úgy gondolod, az illatszerárusokat, táncosokat és a szerencsejátékok összességét.

Azon mesterségek pedig, amelyekhez nagyobb tudás szükséges, vagy komoly hasznossággal bírnak, mint az orvoslás, az építészet, vagy a tisztességes dolgok oktatása, tisztességes foglalkozásnak minősülnek, legalábbis azok számára, akiknek a társadalmi rendjük ezt megengedi.

Az összes dolog között, amiből bármiféle pénzkereset származik, nincs jobb, nincs gazdagítóbb, nincs kedvesebb, nincs szabad emberhez méltóbb, mint a földművelés.

Pontozási útmutató

De artificiis et quaestibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, haec fere accepimus (7). Primum improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum (7). Illiberales autem et sordidi quaestus mercennariorum omnium (4), quorum operae, non quorum artes emuntur(4); est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis (5).

Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant (7). Nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur (4); nec vero est quicquam turpius vanitate (4). Opificesque omnes in sordida arte versantur (4); nec enim quicquam ingenuum habere potest officina (5).

Minimeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum (7): „*Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores*”, ut ait Terentius (4). Adde huc, si placet, unguentarios, saltatores totumque ludum talarium (6).

Quibus autem artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur (7), ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum (6), eae sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestae (7).

Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur (6), nihil est agri cultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius (6).